



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

345. Qualiter dilapidatio sit causa dandi Coadiutorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

n. 71. Ricc. in pr. fori ecclef. decif. 574. n. 1. alias 494. Idque ſecundum expreſſam diſpoſitionem Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 6. per quam innovari cit. c. quentiam. ait Gonz. loc. cit. citans Grilenzon. conf. 5. n. 5. Ugo- lin. de off. Epifc. c. 54. n. 2. Campan. in diverſ. Rubr. ju- ris. rub. 5. c. 5. Navar. &c. juxta ipſiſſima Tridenti- ni verba loc. cit. ubi: quacunque appellacione, & exem- ptione remota, Unde jam hæc Coadjutoris datio vi- gore Concilii non erit attentata, quamvis fit exe- cuta poſt appellacionem interpoſitam à ſententia ejus, qui judicialiter proceſſit; quia per illud de- cretum tollitur appellatio ad effectum ſuſpenſi- vum, ſive facit, ut ſi huic aſſignationi interpona- tur appellatio, non ſuſpendatur tamen diſta aſſi- gnationis executio, tamen fuerit ad ſuperiorem appellatum. Caſtropal. tract. 13. d. 1. p. 9. n. 6. Bar- boſ. loc. cit. n. 9. & 10. juxta Rotæ decif. in Dertuſin. Archipreſbyteratus. 16. Nov. 1594. non autem ad ef- fectum devolutivum. Caſtrop. Barb. Garc. ll. cit. juxta declarationem S. Congregat. poteritque ea appellatio interponi apud Metropolitanum, non obſtante, quod Epifcopus procedat tan- quam Sedis Apoſtolice delegatus, niſi quan- do procederet contra exemptum ut delegatus; tunc enim appellatio interponenda apud Se- dem Apoſtolicam. Caſtrop. loc. cit. Garc. n. 11. quin etiam num. 12. oſtendit, quandonam poſ- ſit, aut non poſſit Epifcopus prætextu, quod ſic Sedis Apoſtolice delegatus declinare juridi- ctionem Metropolitanam. Poterunt quoque ad hæc Coadjutoris deputationem in hoc caſu procedere ii, ad quos ſpectat inſtitutio. Garc. loc. cit. n. 8. juxta declarationem, ut ait, S. Congregationis. Non tamen iſta potestas conſtituendi in hoc caſu tali Parocho Coadjutorem cenſetur comprehenſa in generali Vicariatus commiſſione. Sbroz. loc. cit. n. 2. Barboſ. loc. cit. n. 15. citans Riccium ubi ante. Navar. in ſingular. can. concl. 56. n. 3. Narbon. de ap- pell. à Vicar. ad Epifc. part. 1. n. 210. Porro in hoc caſu Coadjutus abeſſe non poterit, ne melioris condi- tionis ſit ſtultus quam literatus. Gonz. loc. cit. n. 30. juxta diſpoſitionem Tridentini loc. cit. dicentis: propter deputationem Coadjutoris, Parochus, cui datus eſt Coadjutor, non poterit abeſſe à reſidentia. Dicun- tur autem ad hunc effectum illiterati ſeu imperiti illi, qui inhabiles ſunt ad exploranda ea, quæ in- cumbunt muneri, & oneri beneficii, quod habent, & ſecundum dignitatem, ſtatum & officium, ad quod aſſumuntur. Barboſ. loc. cit. n. 13. citato Ric- cio in pr. fori ecclef. part. 4. reſolut. 547. Ventrigl. loc. cit. n. 14. qui etiam n. 15. addit, hæc non verificali- ri in penitus illiterato, utpote cui non ſit dandus Coadjutor; cum ejus proviſio ſit nulla. Sed quid ſi ſcientiam habitam amiſit? Notandus quoque hic eſt textus poſterior Tridentini loc. cit. Eos ve- rò, qui turpiter & ſcandalose vivunt, poſtquam promo- niti fuerint, coerceant & caſtigent; & ſi adhuc incorri- gibiles in ſua nequitia perſeuerent, eos beneficiis juxta S. Canonum conſtitutiones, exemptione & appellatio- ne ſemotà, privandi facultatem habeant &c. Ex his enim illud conſici videretur, iſtiusmodi illiteratos curatos ſeu deſtitutos neceſſarià ſcientià, acce- dente mala, & ſcandalosa vita, etſi fortè nondum

omnino incorrigibiles, facilius amoveri à benefi- ciis poſſe.

Quæſtio 344. An propter negligentiam & remiſſionem dari poſſit Coadjutor Prælati.

R Esp. affirmativè. Si enim id factum à Papa Regi remiſſe & negligenter ſe habenti in ad- miniſtratione regni, prout eſt caſus in c. 2. de ſup- plenda negligentia Prælatorum in 6. Gonz. gl. 5. §. 9. n. 25. potiore jure id poterit Papa reſpectu Præla- ti eccleſiaſtici. Caſtrop. tract. 13. d. 1. p. 9. n. 4.

Quæſtio 345. Qualiter dilapidatio ſit cau- ſa dandi Coadjutorem?

R Esp. Prælati, dum iſ ſuſpectus eſt de di- lapidatione bonorum Eccleſiæ, dandus Co- adjutor. Ventrigl. tom. 2. annot. 13. n. 12. Barboſ. juris ecclef. l. 3. c. 10. n. 20. Gonz. loc. cit. n. 27. citantes Abbat. in c. venerabilis, not. 4. de off. deleg. & in c. Heli. de ſimon. n. 8. Mandos. in reg. 2. q. 5. n. 6. Etenim hoc caſu providendum de Coadjutore, quò ad temporalia tantum, ſi de cætero ſpiritualia bene adminiſtret. Ventrigl. loc. cit. Parik. de reſign. l. 7. n. 10. ſiquidem juxta impedimentum Coadju- ti conceditur Coadjutor. Sic ſi temporalia admi- niſtrare poteſt, ſolum conceditur Coadjutor pro ſpiritualium adminiſtratione, & è contra ſi ſpiri- tualia adminiſtrare poteſt, conceditur ſolum pro adminiſtratione temporalium. Caſtropal. tract. 13. d. 1. p. 9. n. 2. citans Azor. inſtit. mor. p. 2. l. 3. c. 2. q. 10. Barboſ. p. 3. de poteſt. Epifc. alleg. 63. n. 13.

Quæſt. 346. An, & qualiter concedendus Coadjutor ab hoſtibus capto?

R Esp. Ab hoſtibus capto dandus Coadju- tor in ſpiritualibus & temporalibus. Ven- trigl. loc. cit. n. 11. Barboſ. juris ecclef. l. 3. c. 10. n. 8. Gonz. loc. cit. n. 28. citantes Rebuſſi. tract. de no- minat. q. 8. n. 27. juxta c. ſi Epifcopus. de ſuppl. negl. pralat. in 6. & Clem. 1. de foro comper. ſed reſpecte quid dictum aliàs, nempe Epifcopo capto ab infi- delibus devolvi adminiſtrationem ad Capitulum.

Quæſt. 347. An, & qualiter concedendus Coadjutor ob numeroſitatem populi?

R Esp. Propter auctam populi numeroſita- tem providendum eſt Reſtori de Coadjutore. Barboſ. loc. cit. n. 16. Gonz. loc. cit. n. 25. citantes Caſar. de Graſſi. decif. unic. de Paroch. non enim datur exinde juſta cauſa dividendi parochiam, ſed adhibendi miniſtros Coadjutores, dum ſolus Re- ſtor eodem tempore pluribus inſimis providere non poteſt. Barboſ. loc. cit. citans Rotam in Aquil- lan. nullitatis. erection. 10. Maſi 1613. Verum vel ex his poſtremis patet, Epifcopum non poſſe in hoc caſu dare Coadjutorem proprie loquendo. Ventrigl. loc. cit. n. 16. Vide à nobis diſta in Foro benef. p. 1. ubi de Parochiis.